

~~Wilh. Ludwell~~

1249.

- 1.) ~~Tractatus juris ad Institutiones~~
- 2.) ~~Sist. II. Thesaurum juris~~

Wilhelmi Ludwell dissertationes XVIII. ad
Justinianearum Institutiones. Altorff. 1627.

Henrici Beszel dissertationes ad jus Pandec-
tarum Marp. 1627. Vol. 1.

Altorff. Sammelbd.
Lal.

] M13

Disputatio prima

in prohemium Tit. 1. 2. 3. 4. 6. et 7.

Responsione Laurentio Meib. S.

Thesis 1.

Leitzkau

Institutiones non male dividuntur
in prohemium, et tractatum ipsum
in prohemio occurrunt inscriptione, et cum
insubstantia, illa consistit in
fationem nominis divini, et actionem
operis sui, et cui hoc opus dedi-
catum est.

Thesis 2.

Thesis 2. Insignatur consilij possunt par-
tes, generalis officiorum impera-
toris explicatio, eorumdem ad subin-
dationem, in substantiam con-
firmatio, et adhortatio ad eas
diligenter evolventes.



Thesis 3.

Tractatus ipse dicitur synonymum
quandam fortius juris, sive jurispru-
dentia, quae est divinarum et hu-
manarum rerum notitia, iusti-
aeque iniustitiae scientia.

Thesis 4.

In ea tria sunt consideranda;
Finis, objectum, et media, Finis
est iustitia, quae est constans et per-
petua voluntas ius unum cuique
tribuendi.

Thesis 5.

Ex illis hinc consideratis
tria sunt juris praecepta: honeste
vivere, alterum non laedere, suum
cuique suum servare

Thesis 6.

Obiectum sunt actiones civiles,
medium vero ipsum ius, tam
publicum, quod ad statum
Romanum spectat, quam
privatum, quod ad singu-
lorum libertatem
pertinet.

Thesis VII.

ius privati in genere con-
cepti, videnda principia et
divisiones, principia sunt:
ius naturale, gentium et
Civile.

Thesis VIII.

ius naturale est, quod na-
tura omnium animalium
docuit.
secundum Hobbesium:
dictamen recte rationis.

DISPUTATIO TERTIA.
AD
IVSTINIANEAS
INSTITVTIONES.

Quam

Permissu & auctoritate

Amplissimæ Facultatis Juridicæ in celeberrima Altdorfina.

PRÆSIDE

DN. WILHELMO LUDWELL
BORUSSO.

*Nobilissimis & Præstantissimis Dominis collegis
examinandam exhibuit.*

JOHANNES LEONHARD. STAMLERUS
JUNIOR, AUGUSTA VINDELICUS.

Mense Decembri

ANNO M. DC. XXVI.



ALTDORPHI NORICORUM,
E Typographia Balthafaris Scherffij,
Universitatis Typographi.

OPUSCULUM
IUSTITIANEAS
INSTITUTIONES

Quod
et
Annotata
in
Præfate

DR. WILHELMO J. EDWELL
BONNEN

JOHANNES P. LEONHARD STAMMER
LUNION, ANGLIA VINDICATA

ANNO MDCXCV

ALTONA NORICORUM
E Typographia Bohstadius Schenckii
Mavetmanni Typographi





DISPUTATIO III.

Ad Tit. 13. 14. & seqq. lib. I. Instit.

RESPONDENTE,

JOANNE LEONHARDO STAMLERO

Jun. Augustâ Vindelico.

THESIS I.

Tantum de personis alterius potestati subiectis. Personæ sui juris vel in tutela sunt, vel in curatione, vel neutro jure tenentur. (a) Tutela (b) autem est vis ac potestas (c) in capite libero (d) ad tuendum (e) eum, qui per ætatem (f) seipse defendere nequit, jure Civili (g) data, ac permilla. (h)

(a) *pr. Inst. de tutel.* Et principio quidem de tutelis agendum; quia ut impuberes puberibus, ita & tutela, quæ est impuberum, curatione prior est, *Giph. add. pr.* (b) à tuendo dicta, §. 2. *Inst. d. t. & l. 1. §. 1. ff. eod.* generaliter significat quamlibet defensionem & conservationem, *l. 3. ff. de I. & I. 1. 30. ff. de legat. 2. l. 7. §. ult. ff. solut. matrim. l. pen. ff. de impens. in res dot. fact. l. 1. C. de V. S.* In specie verò defensionem, quæ pupillo præstatur, ut hîc. (c) definitio hæc Servii est, (quem à peritiâ dialecti calaudat *Cic. in Bruto, & alibi*) ab *Ulp. in l. 1. ff. de tut. & Imperatore hîc repetita.* In qua nonnulli legunt, jus & potestas, moti authoritate *Theoph. in d. §. 2.* Sed nihil mutandum, tum propter constantem & receptam lectionem, tum propter § statim sequentem, ibi: *eam vim ac potestatem & c.* tum deniq; quia hæc duo vocabula & aliàs, tam in jure nostro, §. 3. *Inst. de Interdict. l. 17. ff. de LL. l. 1. ff. de noxal. act. l. 7. C. de Codicill.* quàm apud classicos authores. *Terent. in Heaut. qui vim ac potestatem habeat tanta astutia,* conjuncta reperiuntur.

F 2

Giph.

Giph. add. §. 1. Foman. D. 5. th. 2. lit. A. Elias Rober. D. 4. th. 2. Andr. Gerb. Dec. 3. q. 1. Vim autem hîc intelligimus non violentam, sed amicabilem defensionis & administrationis potestatem. Verba enim illa Synonyma esse, & explicationis ac perspicuitatis majoris gratia conjuncta putamus *arg. l. 4. ff. de l. & l. & pr. Inst. de libert. Borch. ad pr. Inst. de tutel. n. 2. Don. 3. q. 1.* Cujusmodi Synonyma in definitionibus vitiosa non sunt, ut ex *Coclen. part. 2. probl. log. 44. notat. Hillig. ad Don. d. c. 1. lit. C.* Sed annon tutela contractus potius, quàm vis & potestas dicenda? Neg. nisi tutelam pro administratione & gestione accipere velimus, ut in *l. 23. ff. de R. l. Cl. Dn. Ungep. Exer. 4. q. 1. Arum. Exerc. 3. th. 2.* An ergò actus legitimus? Et hoc negamus, quia aliud est tutoris datio, aliud ipsa tutela, quæ per vim & potestatem definitur, *d. §. 1. Inst. & d. l. 1. ff. de tutel. (d)* pro in caput liberum, ablativo pro accusativo posito, *arg. l. 65. §. 6. ff. pro Soc. l. 12. ff. qui testam. fac. poss. l. 6. §. 7. ff. de injust. rupt. & irrit. l. 34. §. 2. ff. de legat. 2. l. 85. in fin. ff. de legat. 3. l. 32. ff. de liber. caus. l. 4. §. 12. & 21. ff. de usurpat. & usucap.* Quæ verba hominem sui juris significant, more veteribus usitato. *Sic Cic. 4. Verr. hic de capite libero judicabit Gell. 5. Noct. Attic. c. 19. ut caput liberum fidei sue commissum &c.* Proindeq; rectè ad pupillum referuntur: utpotè quem planè liberum tam à patria, quàm dominica potestate esse oportet. *l. 6. §. ult. & l. 14. pr. ff. de tutel. cum tutor etiam filiusfam. esse possit, pr. Inst. Qui test. tut. & l. 9. ff. de his, qui sunt sui vel al. jur. Wesenbec. ad d. §. 1. de tutel. n. 3. & Borch. n. 3.* Accedit quod aliàs definitio tutorum, quæ per adversativam in *d. §. 1. & d. l. 1. ff. eod.* subjicitur, supervacua esset. *El. Robert. d. D. 4. th. 2.* Tutorem autem liberum esse debere, ex genere potestatis, quæ liberis tantum hominibus competit, & ultimis quoq; definitionis verbis manifestum est *Ant. Fab. ad h. t. pr. 1. Cl. Dn. Ungep. d. q. 1. in Nego. Cujac. lib. 21. observ. 23. Duar. ad tit. de Tutel. c. 1. Niell. D. ad Inst. 5. th. 2.* (e) Tutoris enim officium præcipuum est, ne indefensum pupillum relinquat, ut ait *Marcell. in l. 30. ff. de admin. & peric. tut.* Secundarium, ut & bona quoq; ejus tueatur & administret, *l. 1. ff. de leg. tut. & l. 12. §. 3. ff. d. t. de adimn. & peric. tut.* Quia in re differt tutela à Cura: utpotè quæ principaliter bona, & per consequentiam personas minorum respicit. *l. 6. §. ult. ff. de tutel. & l. 8. C. de Nupt. Ant. Fab. ad h. t. d. pr. 1. Ill. 2.* (f) Juri enim naturali conveniens est, ut is, qui perfectæ ætatis non est, alterius tutela re-

telâ regatur & defendatur, §. penult. *Inst. de Attil. tut.* olim tutela non tantum propter ætatis, sed etiam sexus infirmitatem constituebatur, teste *Ulp. in fragm. d. t. ii. pr.* nam mulier in perpetua tutela erat. *Cic. in Orat. pro Murena*, hodiè verò propter ætatem tantum *d. §. 1. & d. l. 1. ff. de tut. & arg. l. 3. C. de legit. tut. Giph. ad d. §. 1.* Quo ipso etiam tutelam à curatione differre palàm est; utpotè quæ non tantum propter ætatem, sed etiam furorem, morbum perpetuum, aliaq; vitia dari solet §. 3. & 4. *Inst. de Curat.* (g) Ultima hæc verba superflua esse, ideoq; removenda putat *Vult. add. §. 1. n. 6.* Cui non assentimur, quia in textibus juris non facilè aliquid immutandum: Et causæ etiam efficientes accidentium definitiones rectè ingrediuntur, ut præter alios docet *Keckerman. lib. 1. Syst. Log. sect. post. c. 2. Adde Cl. Dn. Ungep. d. Exerc. 4. q. 1. in Ajo.* Ex verbis autem hiscè colligitur, tutelam à jure Civili introductam esse, quamvis juri naturali sit conveniens, & fundamentum in eo habeat, *d. §. penult. Inst. de Attil. Tut.* ut quodvis aliud jus Civile *l. 6. ff. de l. & l. Cl. Dn. Ungep. d. q. 1. Adde Hen. D. 3. th. 1.* (h) Data, ut legitima; permilla, ut testamentaria & dativa, *arg. l. 11. ff. de V. S. Don. lib. 3. c. 1. in fin. Wesenb. add. §. 1. n. 3. & in ff. b. t. n. 4.* Errat ergò *Borcho.* qui dativam hac definitione comprehendi, negat. & *Ant. Fab. verb. data ad potestatem, permilla ad vim referens in d. pr. 2.*

II.

Eaq; vel testamentaria, vel legitima, vel dativa (a) Testamentaria (b) est, quam parentes (c) liberis suis (d) impuberibus (e) testamento constituunt. (f)

(a) *l. 52. C. de Episc. & Cler. l. 4. C. qui dar. tut. vel. Cur. l. ult. C. de legit. tut. junct. l. 7. ff. rem. pup. salv. for. Don. d. lib. 3. com. c. 4. Duar. add. t. ff. de tutel. c. 1.* Quidam addunt quartam speciem, tutelam anomalam, seu extraordinariam & irregularem, ut aviæ & matris, quidam & quintam quasi testamentariam. Verùm materna ad legitimam refertur, *in l. 6. C. ad Scrum Tertyll. & l. penult. C. in quib. caus. pignus.* & quasi testamentaria novam speciem non constituit, ut rectè *Hillig. ad Don. d. c. 4. & lit. A. Riem. D. 3. q. 4. in fin.* Nonnulli verò divisionem hanc ad dichotomiam reducere conantur, ut *Hotom. pr. Inst. b. t. Vult. add. §. n. 7.* Sed hi tutelæ deferendæ ordinem pervertunt. *Arum. Exerc. 3. th. 3. & postea Hillig. d. loco.* (b) De qua meritò primò agitur: quia & in

delatione primum locum obtinet, quandiu enim hæc speratur, cessat legitima, *l. 11. ff. de testam. tut. & c.* Qu. An huic regulæ etiam in Electorali tutela locus sit, ut ea præferatur legitimæ? Negativa ferè communiter recepta est, ut videre est *ex allegatis ab Hen. D. 3. th. 6.* Sed affirmativam tamen eleganter defendunt, *Dionys. Gothofr. in Tract. de Tut. Elect. legit. exclud. Marcus Freher. in com. ad Aur. Bull. Cl. Dn. Ungep. Exer. 9. q. 4. & Valent. Riem. d. Dec. 3. q. 2. Adde Bachov. ad Treut. vol. 2. D. 8. th. 3. lit. A.* (c) pater videlicet & avus paternus, qui liberos in potestate habent, cum jus dandi Tutores à patria potestate dependeat, § 3. *inst. d. t. l. 40. ff. de admin. & peric. tut. l. ult. C. quand. tut. vel curat.* Qui igitur parentes non sunt, tutores non rectè dant, ut patroni, extranei, cognati, *l. 28. §. ult. ff. de testam. tut. l. 1. §. 1. ff. de confir. tut. vel curat.* Imò ne parentes quidem si liberos in potestate non habeant, *d. §. 3.* Unde mater liberis tutorem dare nequit, nisi simul hæredes instituerit: tum enim cum inquisitione confirmandus est, *l. 4. ff. de testam. tut. l. 69. §. 2. ff. de legat. 2. l. 2. ff. de confirm. tut. vel curat.* quamvis etiam si non instituerit, nonnunquam confirmare tutores Magistratus soleat, *l. 4. C. d. t. de test. tut. Schneid. add. §. 3. n. 11. Ortol. Form. D. 5. th. 6. Adde El. Rober. d. D. th. 4. Hen. d. D. 3. th. 2. & Cl. Dn. Ungep. d. Exer. 4. q. 2. in Nego. qui Cujac. & Vult. secuti, negationem ex d. l. 4. tollendam existimant. Nec pater liberis emancipatis jure tutorem dat, §. *fin. Inst. d. t.* Quod si tamen dederit, confirmandus est omnimodo, id est, sine inquisitione, *d. §. fin. & l. 1. §. 2. ff. de confirm. tut.* quia paternum testimonium ad plenissimam omnium rerum fidem sufficiat, *Theoph. ad d. §. fin. & ibi Vult. n. 8. & c.* Qu. An tutor ita confirmatus, testamentarius sit, an dativus? Neutrum propriè esse putamus, sed cum utroq; cognationem quandam habere, *Gædd. ad l. 110. n. 4. ff. de V. S. (d) cujuscunq; sexus aut gradus fuerit, d. §. 3. Inst. de Tutel. & l. 2. §. 1. ff. de testam. tut. modò nepotes post mortem avi in alterius potestatem recasuri non sint, d. §. 3. & d. l. 1. §. 2. & c.* Qu. An filiorum appellatione, & nepotibus tutores dati censeantur? Neg. quia aliter filii, aliter nepotes appellantur, §. *fin. Inst. Qui testam. tutor. dar. pos. & l. 6. ff. de testam. tut.* propriè videlicet loquendo: nam aliàs certum est in favorabilibus nonnunquam filiorum appellatione & nepotes contineri, *l. 84. l. 220. ff. de V. S. & l. 6. §. 1. C. ad Scutum Maced. Bronch. cent. 3. ass. 18. Pac. cent. 5. q. 72.* Hinc feudo alicui pro se & filiis concesso, id
nepotibus*

nepotibus quoq; concessum intelligitur, *arg. l. pen. ff. de constit. princ. Fachin. 7. cent. 75.* Adde *Paul. Berens. D. 2. th. 1. q. 4.* Nec interest jam nati sint liberi, an adhuc in utero: nam & posthumis rectè tutores dantur. §. 4. *Inst. de tut.* quia quoties de commodo eorum agitur, pro jam natis habentur, *l. 7. & l. penult. ff. de stat. hom.* Adde *Arum. d. Exerc. 3. th. 5.* Hic quæri solet, quis dicatur posthumus? Nos eum proprie dici putamus, qui posthumatum patrem natus est, *arg. l. 1. §. 3. ff. de injust. rupt. irrit. & l. 164. ff. de V. S. & ibi Goedd. n. 3. Vult. ad §. posthumi. 1. Inst. de exhered. lib. Conn. 10. Com. 3.* Adde *Albert. Gentil. lib. un. lect. Virg. c. 14. in fin.* Nec illud refert instituti sint liberi, an exheredati: quia & exheredatis tutores dari possunt, absq; Magistratus confirmatione, *l. 4. ff. de test. tut. Don. d. lib. 3. c. 4. Duar. ad tit. ff. de tut. c. 2. Ant. Faber ad tit. Qui testam. tut. pr. 1. Ill. 18. Niell. D. 5. th. 2.* Exheredatio enim nec patriam potestatem, nec jus suicitatis extinguit, *arg. l. 6. ff. unde legit. Arum. Exerc. 2. th. fin.* Adde *Val. Riem. Dec. 6. q. 4.* (e) non puberibus, cum pubertate tutela ipsa finiatur *pr. Inst. quib. mod. tut. fin.* (f) *d. §. 3.* Non enim quavis ultima voluntate rectè tutor datur, non epistola, non Codicillis, nisi testamento confirmatis, *l. 3. ff. de test. tut.* quia tùm sunt pars & sequela testamenti, *Vult. add. §. 3. n. 6.*

III.

Dari Tutores possunt omnes ii, cum quibus est testamenti factio, (a) etiam filiifam. (b) & servi, proprii quidem purè, (c) alieni vero sub conditione, si manumittantur. (d) Illud non interest, an tutor testamento ad certum diem, sub conditione, vel ante heredis institutionem detur: (e) certæ autem rei vel causæ dari nequit. (f)

(a) Id est, qui capere aliquid ex alieno testamento possunt, *l. 21. ff. de testam. tut.* & furiosus, ac minor 25. annis: qui tamen tunc demum admittuntur, cum ille sanæ mentis, & hic major factus fuerit, §. 2. *Inst. Qui test. tut. dar. pos. & l. 11. ff. de tutel.* Interim tutor alius à Magistratu dandus est potius, quàm Curator, *l. 11. pr. ff. de testum. tut. Duar. ad tit. de Tut. c. 4. Fom. d. D. 5. th. 10. Hen. d. D. 3. th. 5.* (b) *pr. Inst. d. t. Qui testam. tut. dar. pos. l. 7. ff. de Tutel. l. 21. ff. de admin. & peric. tut.* Tutela enim

enim munus publicum est, *pr. Inst. de Excus. tut. l. 17. §. 2. & 4. ff. eod. l. 2. ff. qui pet. tut. Vult. ad d. pr. n. 72. Pac. cent. 5. q. 81. Ant. Fab. add. t. pr. 1.* At in publicis causis filiusfam. pro patrefam. habetur, *l. 9. ff. de his, qui sunt su. vel al. jur. l. 14. ff. ad SCtum Treb. Arum. d. Exerc. 3. th. 7.* Unde & tutorio nomine patrem sine venia in jus vocare poterit, *arg. l. 26. ff. de in jus vocan.* Actio autem tutelæ dabitur in ipsum patrem, & quidem in solidum, si ipse agnoverit, *l. 7. ff. de tut.* Si verò simpliciter tantum confenserit de peculio tenus, vel de in rem verso, *l. 27. ff. de admin. & peric. tut. l. 2. C. quodcum eo, qui in alt. po. Arum. d. Exerc. 3. th. 8.* (c) idq; vel cum libertate, ut Stichus liber & tutor esto; vel sine ea, ut Stichus tutor esto. Nam utroq; casu & liber & tutor erit: nisi errore datus sit, *§. 1. Inst. qui test. tut. dar. pos. & arg. §. 2. Inst. qui & ex quib. caus. manumitt. non licet.* Sed hinc controversum est, qualem nam libertatem consequatur servus simpliciter tutor datus? Nos directam ei tribuimus per expressum textum, *in d. §. 1. & l. 32. §. 1. ff. de test. tut.* nisi fortè verbis precariis, aut in Codicillis tutor datus fuerit *l. 9. C. de fidei com. libert. Don. d. lib. 3. cap. 4. & ibi Hillig. lit. P. & seqq. & Cl. Dn. Ungep. d. Exerc. 4. q. 14.* (d) *d. §. 1. Inst. Qui testam. tut. & l. 10. ff. de testam. tut.* Nam purè inutiliter datur, *d. §. 2. si videlicet testatur voluit, eum purè tutorem fieri: quod si verò apparet, testatorem conditionem hanc tacitè subintellexisse, aut obscura ejus voluntas sit & hæc datio benignè sustinetur, d. l. 10. §. ult. & d. l. 9. C. de fideicom. liber. Pac. cent. 5. q. 71. Dn. Ungep. d. Exerc. 4. q. 5.* Adde *Don. d. cap. 4. (e) l. 8. §. 2. & l. pen. ff. de test. tut. §. ad certum 3. Inst. d. t.* quia interim Magistratus, alio tutore dato impuberibus consulere potest, *§. 1. Inst. de Attil. tut: quæ ratio, quia in tutela dativa cessat, ideò & jus in ea aliud, l. 6. §. 1. ff. de tutel. l. 77 ff. de R. I. Giph. ad d. §. 3. Inst. d. t. Don. d. lib. 3. c. 6. Adde Eli. Rober. d. D. 4. th. 7.* (f) *§. 4. Inst. d. t. qui test. tut. dar. poss. l. 12. ff. de testam. tut.* Et si datus tutor fuerit, tota datio nihil valebit, l. 13. ff. d. t. quia personæ, non rei tutor datur, d. §. 4. & l. 14. ff. h. t. nisi certis casibus, ut si latè diffusum sit pupilli patrimonium, l. 15. ff. d. t. & l. 27. ff. de tutor aut curat. dat. aut hereditas adeunda, l. 9. ff. d. t. & l. 17. §. 1. ff. de appell. Giph. ad d. §. 4.

IV.

Legitima est, quam deficiente testamentaria, (a) lex, (b) ipsa defert. (c) Ea q; vel agnatorum, & cognatorum

corum est, (d) vel patronorum, (e) vel parentum, (f) vel
fiduciaria. (g)

(a) *d. l. 11. ff. de test. tut. & l. 89. ff. de R. I.* Deficere autem testamen-
taria dicitur, quando pater aut omnino testamentum non fecit, aut
fecit quidem, sed in eo tutorem non dedit, aut dedit, & is filio adhuc
impubere decessit, § 2. *Inst. de legit. agnat. tut. & l. 6. ff. de legit. tut.* vel
in civitate esse desuit, *l. 11. § fin. ff. de Test. tut. Schneid. ad pr. Inst. d. t. num.*
6. Don. d. lib. 3. c. 6. (b) videlicet 12. tabb. aut quævis alia, vel Scto, *l. 7. ff. de cap. de min. Ulp. in fragm. tit. 11.* (c) Immediate, absq; ulla vel
Testatoris provisione, vel magistratus auctoritate *l. 5. ff. de legit. tut.*
Don. d. c. 6. (d) Agnati sunt cognati per virilis sexus cognationem
conjuncti, § 1. *Inst. de legit. agnat. tut. & l. 7. ff. de legit. tut.* seu, qui idem
gentilitatis nomen & familiam eandem habent, *l. 2. ff. de su. & legit.*
Ulp. in frag. tit. 26. pr. Cognati verò qui per foeminas nobis conjun-
guntur, *d. § 1. & l. 4. § 1. & 2. ff. de grad. & affin.* Adde *Revard. S. var. 1.*
& Gædd. ad l. 53. n. 4. ff. de V. S. Et lex quidem 12. Tabb. tutelam legiti-
mam solis agnatis defererebat, *pr. Inst. d. t. de legit. agnat. tut. l. 1. pr. ff. de*
leg. tut. ut qui sperarent successionem, iidem tuerentur bona, nedi
lapidarentur, *d. l. 1. & arg. l. 10. ff. de R. I.* Hodie autem jure Novella-
rum, cum non minus cognatis, quam agnatis successio deferatur,
tutela quoq; ad ipsos æq; pertinebit, *Nov. 118. cap. 5.* juxta gradus vi-
delicet prærogativam, ut propinqui remotioribus præferantur, § *fin.*
Inst. de cap. de min. & l. 9. ff. de legit. tut. aut si plures ejusdem gradus
sint, omnes pariter admittuntur, *d. § fin. & d. l. 9.* Adde *Vult. add. §*
fin. ubi monet hodie non semper tutelam ad proximum gradum per-
venire, sed ad eum, quem lex primò ad hereditatem vocavit, *per d.*
Nov. 118. vocantur autem regulariter masculi tantum, non foeminae,
l. fin. ff. de tutel. quia tutela virile munus est, & ultra sexum foemineæ
infirmitatis, *l. 1. C. quando mul. offic. tut. fung.* Excipitur mater & avia,
quæ propter singularem affectionem, quam erga liberos habere in-
telliguntur, *arg. l. 14. C. qui accus. non pos. ad tutelam admittuntur,* &
reliquis agnatis & cognatis præferuntur, *d. Nov. 118. c. 5. & auth.*
quando matri C. quando mul. tut. offic. fung. Siquidem gerere velint,
(nam cogi non possunt, *d. Nov. 118. c. 5. l. 2. & fin. C. d. t.*) & secundis
Nuptiis ac Scto Vellejano renunciunt. *Nov. 94. c. 2. Paul. Berens. D.*
2. th. 1. q. 9. Sed quid si ob secundas nuptias tutelam amiserit, pote-

G

ritné

ritne eam mortuo marito reassumere? Et verius est non posse, *Mynsing. cent. 3. observ. 83.* quia effectus privationis jam consummatus est, *Nov. 22. c. 40. & d. Nov. 94. c. 2.* & jura semel perditam iterari non debent, *arg. l. 2. § 4. ff. de cap. min. l. 21. ff. de stat. hom. l. 22. ff. de jur. dot. l. fin. pr. ff. unde lib.* Idq; indistinctè, seu nati sint liberi ex secundo matrimonio, seu non, cum impedimentum sit solus ad secunda vota transitus, *d. Nov. 94.* Quod si verò deposuerit tutelam mater, quasi nuptura, nec tamen nubat, fortè quod pacti pæniteat, tutelam prius amissam, eam recuperare posse æquius est, *Mynsing. d. observ. 83.* etiam si sponsalia celebraverit; quia contractæ demum nuptiæ rem, à tutela repellunt, *d. Nov. 94. & Auth. Sacramentum, C. quando mulier tut. off. fung.* Quæ autem de matre dicta sunt, ea ad patrem ad secunda vota transeuntem, ut & is tutela privetur, extendenda non sunt; quia nihil hac de re in legibus reperitur certi, & lex plus patris fidei & diligentia confidit in administratione rerum, quam matris, *l. 5. in fin. pr. C. de secund. Nupt. And. Gerhard. D. 3. quest. 4. Foman D. 25 th. 23. in fin.* **Q.** An pater tutelam hanc testamento matri adimere possit? Quod negandum est, nisi alium tutorem dederit, *d. Nov. 118. c. 5. & authen. matri. C. d. t. quand. mul. tut. off. fung. Treut. d. D. 8. th. 3. lit. A. Foman d. D. Cor. 2.* (e) Quæ patrono, ejusq; liberis, in libertos libertasq; impuberes, non quidem ex verbis, sed ex mente l. 12. tabb. competit, *Ulp. in fragm. tit. 11. § 2. tot. tut. Inst. de leg. patron. tut.* quia patroni in libertis & liberis eorum, non minus, quam agnati sibi invicem ab intestato succedunt. *Inst. de success. libert.* (f) Quam parens in liberos, ante pubertatem emancipatos habet. Ea q; nec ex verbis, nec ex mente l. 2. tabb. descendit, sed exemplum tutelæ patronorum introducta est *Inst. de legit. parent. tut.* (g) Quam parens in liberos ab avo emancipatos, vel frater, aut patruus in fratres, aut fratris liberos, ante pubertatem emancipatos, habent, *tot. t. Inst. de fid. tut.* Verum hodie hæc fiduciaria tutela omnis sublata est, & parentum etiam immutata. Cum enim novo jure pater liberis seu emancipavit ipse, seu non, & fratres sibi invicem etiam emancipatis succedant; ad tutelam quoq; tanquam agnati, aut cognati, juxta gradus & successionis prærogativam vocantur, *arg. d. Nov. 118. c. 5. Adde Don. d. lib. 3. cap. 6.*

5. Cessante

V.
Cessante etiam legitima, (a) succedit tutela dativa,
(b) quam Magistratus competens (c) ad petitionem
matris, aut propinquorum, (d) vel etiam ex officio,
constituit. (e)

(a) Non aliter enim huic tutelæ locus est, quam si vel nullus
omnino extet, vel lege tutor speratur, *pr. Inst. de Attil. tut.* vel est qui-
dem tutor, sed ratione aliqua impeditur, puta, quod dies, vel condi-
tio nondum extiterit, vel hereditas nondum sit adita, § 1. & 2. *Inst. d.*
t. l. 10. l. 11. ff. de test. tut. & l. 1 § 2. ff. de legit. tut. (b) κατ' ἐξ ὄχην. Et in spe-
cie dicta, *l. 7. ff. rem pupil. sal. fo. l. 52. C. de Episc. & Cl. l. ult. C. de legit. he-*
red. Nam & aliàs & testamentaria dativa dicitur, *Ulp. in fragm. tit. 11.*
§ 13. Imò & legitima dici dativa potest, *arg. d. § 1. Inst. de tut. l. 1. ff. e-*
od. & § 16. Inst. de Excusat. tut. vel cur. dicitur hæc tutela & Honora-
ria, à Magistratu, qui in jure nostro honor dici solet, *arg. § 9. Inst. de*
l. N. G. & C. (c) Is, cui specialiter hæc potestas concessa est lege,
vel Scto. Nam tutoris datione q; Imperii est, neq; Jurisdictionis *l. 6.*
§ 2. *ff. de tut. ordinariæ* videlicet, quæ jure magistratus competit, *arg.*
l. 1 & § 1. ff. de offic. ejus. cui mand. est Jurisd. l. 5. l. 16. & 17. ff. de Jurisd. jun-
cta d. l. 6. § 2. ff. de tutel. Nam ad extraordinariam, quæ speciali legis,
vel Scti, vel Principis concessione competit, rectè refertur, *arg.*
l. 1. ff. de Jurisd. l. 3. pr. ff. de postul. & l. 1. § 5. ff. Indicatum solvi. Cl.
Scip. Gent. libr. 1. de Jurisd. ad Orat. D. Marc. cap. 2. Corhm. Disp.
10. Can. 1. Cl. Dn. Erasmi. Ungepaar d. Exerc. 4. q. 7. Hodiè ex gene-
rali Germaniæ consuetudine, arbitrario jure magistratus, jus dandi
tutores competit. *Schneid. ad § nos autem 5. Inst. h. t. n. 4. Vult. n. 10.*
Idq; in *Constit. Imper. Augustæ Anno 1584. promulgata, confirmatum*
est, *tit. von der Pupillen vnd minderjährigen Kinder tutorn,*
vnd Vormänder / § 1. & 3. Quid si pupillo alius est Magistratus
respectu domicilii, & sub alio bona sua sita habet? Magistratus do-
micilii præferendus est, *l. 27. § 2. ff. de Excusat. tut. & l. 5. § 12. ff. de reb.*
eorum. qui sub tut. Vid. *Petr. Greg. Tholos. lib. 12. Juris univers. c. 13. n. 19.*
(d) Et hi quidem ex voluntate & arbitrio petunt, *l. 2. pr. ff. qui pet. tut.*
l. penult. C. eod. Quod est quilibet facere, & sumptos in id factos repe-
tere potest, nisi forte alius ex agnatis propriis sumptibus idem factu-
rus fu-

rus fuisset, l. 2. C. de negot. gest. Mater verò necesse habet petere, adeò ut nisi hoc faciat, ab hereditate ejus, tanquam indigna, repellatur, l. 2. § 2. & passim ff. qui pet. tut. l. 6. 9 & 10. C. eod. nisi minor sit l. 2. C. Si advers. delict. vel filius pubes demum decedat, arg. l. 3. & l. 6. C. ad SCtum Tertyll. Idem & de aliis, qui proximè ad successionem vocantur dicendum est, l. 10. C. de legit. hered. (e) Si enim nemo ex prædictis pupillo prospiciat, Magistratus ex officio tutorum constituere debet, l. 6. C. qui dar. tut. & l. 1. ff. de iurisd. Et si quidem in suo municipio idoneum non inveniat Magistratus, ex vicinis municipiis idoneum eligere, & nomen ejus præfidi transmittere debet, ut ipse providere possit, l. 10. ff. de tut. Pac. cent. 5. q. 70. Schn. ad d. § 5. n. 9. Inst. de Attil. tut.

VI.

Dari possunt à Magistratu omnes, qui testamento, (a) excepto Magistratu ipso, (b) servo, (c) & creditore ac debitore pupilli. (d)

(a) Modò jurisdictioni illius magistratus sunt subjecti, l. 2. in fin. & l. 3. ff. de tut. & curat. dat. & l. 5. C. eod. Nemo enim tutorem dare potest, nisi in eo loco, in quo ipse jurisdictionem habet, arg. § 4. Inst. de Attil. tut. quia extra territorium iudicanti impunè non paretur. l. fin. ff. de iurisd. Q. An vitricus privigno tutor dari possit? Affir. per l. fin. C. de contrar. jud. tut. l. 2. C. de interd. matr. & l. 32. § 1. ff. de Adopt. Cujac. lib. 6. obser. 29. And. Gerh. d. D. 3. q. 5. Paul. Berens. D. 2. th. 7. q. 8. De Judæis quaeritur, an Christianorum tutores esse possint? Affir. per l. 15. § 6. ff. de Excusat. & arg. l. 3. ff. de decur. Non enim favere debet iis, ut ab onere liberentur: administratione videlicet tutelæ, à qua separata est pupilli educatio, quæ Judæis, ne superstitione inficiatur pupillus, committenda non est: cum & aliis in casibus, penes alium administratio, & apud alium educatio esse soleat, l. 1. l. 3. ff. ubi pupill. educ. & l. fin. C. eod. Treutl. d. D. 8. th. 4. lit. C. & ibi Bachov. Niell. D. 5. th. 8. Paul. Berens. d. th. 7. q. 7. Ubi tamen non probamus, quod jure Novellarum hoc correctum existimat, arg. eorum, quæ habet Niell. d. D. th. 7. n. (b) l. 3. ff. de tut. & cur. dat. l. 5. ff. de offic. præfid. & l. ult. ff. de offic. Præt. quia nemo sibi ipsi imperare, aut seipsum cogere potest. l. 13 § penult. ff. ad SCtum Trebell. Accedit quod suspicionem fraudis non careret, id ultrò appetere, quod alii, ut plenum molestia-

molestiarum & periculi refugere solent; § fin. *Inst. de Excusat. tut. vel eur. Scip. Gent. d. lib. 1. de Iurisd. c. 3. ad Orat. D. Marc.* An ergò Collegam suum magistratus tutorem dare potest? Affirmat *Cujac. 7. observ. 17.* cui subscribe *Hillig. ad Don. d. lib. 3. com. c. 7. lit. H.* Sed contra negativa verior videtur; quia nemo eum tutorem dare potest, qui ei parere non cogitur. Frustra enim datur, qui cogi non potest, ut tutelam suscipiat, *l. fin. ff. de Iurisd. par autem in parem non habet Imperium, l. 4. ff. de recept. qui arbit. Scip. Gent. d. c. 3.* (c) Qui à magistratu planè tutor dari nequit, *l. 7. C. qui dar. tut. pos.* ne quidem cum libertate, qui magistratui, cum Dominus non sit, jus manumittendi non competit, *Don. d. c. 7.* (d) Quamvis enim in testamento dari possint, cum fides eorum à testatore probata, & omnis suspicio fraudis remota censeatur. *pr. Inst. de Satisdat. tut. l. 36. ff. de Excusat. & l. ult. C. de Curat. furios.* à magistratu tamen dari nequeunt. *Nov. 72. & Authen. minoris. C. qui dar. tut.* nisi fortè debitum vel creditum sit modicum, *Gloss. ad pr. d. Authen. minoris* quod Judex arbitrabitur, *arg. l. 52. § 1. ff. de Iudic. l. 60. ff. de jure dot.* Quid igitur si tutelam dissimulato debito jam susceperunt, an tutores manent? Neg. quia suspectos se silentio suo reddiderunt, *arg. l. 8. ff. de tutel. Trent. d. D. th. 4. lit. C.* Quod si verò debitum vel creditum post susceptam tutelam supervenerit, tutores quidem manent, sed Curator ejus adjungitur, § fin. *Inst. de author. tutor. d. Nov. 72. c. 2. Arum. d. Exerc. 3. th. 14.* Excipitur mater & avia, quæ quamvis debitum aliquod inter illas & liberos vertatur, nihilominus ad tutelam admittuntur, *d. Nov. 94. c. 1. & Auth. ad hęc C. quand. mul. tut. off. fung.* quod rectè ad patrem & avum paternum vel maternum, in quibus major est ratio, extendit *Cujac. ad d. Nov. 72.*

VII.

His modis constituta tutela, tutoris officium consistit partim in persona pupilli defendenda; (a) partim in administrandis bonis; (b) & autoritate præstanda; (c) in iis causis, ex quibus conditio pupilli fit deterior, (d) non ex quibus fit melior. (e)

(a) § 1. *Inst. de tutel. l. ff. eod. & l. 30. ff. de admin. & peric. tut.* Defensio autem ista, non tantum sumptus institutionis, *l. 3. §. 5. ff. ubi pupill. educ.*

educ. & alimenta continet, quæ pro modo facultatum pupilli, à Tu-
tore præstanda sunt, l. 2. l. 3. ff. d. t. l. 1. & 2. C. de aliment. pupill. præstand.
Trent. d. D. 8. th. 6. lit. B. ubi rectè post Bart. d. l. 3. §. 4. non esse nimis
rigidum, tradit. Adde Bachov. ibid. sed & educationem pupilli, quæ
plerunq; apud matrem fieri solet, nisi vitricum superinduxerit, l. 1. C.
d. t. ubi pupill. educ. aut alium necessarium maximè idoneum, mini-
meq; obnoxium suspicionibus, l. 1. ff. d. t. & l. 2. C. eod. (b) Admini-
strare & gerere tutor omnia negocia pupilli, & quidem cum libera
potestate, ac veluti Dominus potest, l. 27. ff. de admin. & peric. tut. l. 35.
ff. de iurejur. l. 56. § penult. ff. de furt. imò debet statim, cum tutorem se
esse scit. nam exinde periculo suo cessat, atq; etiam extra ordinem,
captis pignoribus compellitur l. 1. ff. d. t. de admin. & peric. tut. l. 4. C.
de suspect. tut. Consistit administratio illa in actionibus pupilli no-
mine instituendis & exercendis, l. 1. in fin. l. 22. l. 23. ff. d. t. de admin.
& peric. tutor. absq; cautione de rato, d. l. 23. & l. 13. C. eod. in erogando
l. 13. § 2. ff. d. t. & l. 3. C. eod. & solvendo creditoribus pupilli, l. 13. C. h. t.
casibus etiam quibusdam sibi ipsi, l. 9. §. 5. & 7. ff. d. t. quamvis aliàs
in rem suam tutor auctor fieri nequeat, § ult. Inst. d. t. & l. 7. pr. ff. eod.
Trent. d. th. 6. lit. G. & ibi Bachov. in alienando rerum, quæ servando
servari nequeunt, l. 22. C. d. t. aliàs requiritur justa alienandi causa,
causæ probatio, iudicis inquisitio, & decreti interpositio, d. l. 22. &
l. 16. C. eod. maximè in immobilibus, tot. tit. de reb. eor. qui sub tutel.
vel. cur. sunt. Ant. Fab. in jur. Rom. tit. 12. pr. 6. Ill. 16. & pr. 8. Ill. 54. Adde
Don. d. lib. 3. c. 12. Quod si tutor rem aliquam pecuniâ pupilli emerit,
pupillus eam utili vindicatione petere potest. l. 2. ff. quand. ex fact. tut.
l. 3. C. arbitr. tutel. Don. 5. com. 2. in fin. Bronch. cent. 2. asser. 65. in fin. Hen.
d. D. 3. th. 10. (c) Authoritatis præstatio est approbatio ejus, quod
cum pupillo geritur, l. 3. ff. de auctor. & consens. tut. Et interponenda
est expressè, non tacitè, arg. l. 1. § pen. & ult. ff. de tutel. purè, non sub
conditione, etsi contractus fortè, qui cum pupillo celebratur, con-
ditionalis fuerit, l. 8. ff. d. t. de auctor. & consens. tut. à tutore præsentè, a-
nimo & corpore, non per nuncium aut epistolam, § 2. Inst. h. t. &
arg. d. l. 1. § ult. ff. de tutel. & deniq; in ipso negotio, d. §. 2. vel in con-
tinenti post contractum negotium, l. 25. § 4. ff. de acquir. hered. quæ e-
nim in continentibus fiunt, ipsis negociis inesse dicuntur, arg. l. 40.
ff. de reb. cred. & l. 7. § 5. ff. de pact. Duar. ad tu. ff. de auctor. & consens. tut.
cap. 2.

cap. 2. Wesenb. in parat. ff. eod. n. 5. Ant. Fab. ad d. t. 12. pr. 6. Ill. 23. Bronch.
cent. 2. Miscell. affe. 6. Errat igitur Cujac. 13. observ. 31. existimans, au-
thoritatem etiam præcedere negotium posse; & post perfectum,
quoq; negotium rectè interponi, quamvis tutor ipsi negotio non
interfuerit. Quid enim probabit, ubi nihil adhuc gestum est, quod
probari possit? Et quemadmodum tutor omnia audiet, attendet,
intelliget, si post peractum demum negotium superveniat? Hotom.
lib. 1. amic. resp. c. 3. And. Gerb. d. D. 3. q. 6. Niell. D. 6. th. 3. (d) Deteriorem
enim facere conditionem suam absq; tutoris autoritate, pupillo
non permittitur, unde stipulando alteri promittere, aut servum ma-
numittere non potest, per Inst. de Auth. tut. § l. 9. ff. eod. Idem dicen-
dum & de contractibus ex quibus mutuæ nascuntur obligationes,
cujusmodi sunt: emptio venditio, locatio conductio, mandatū &c.
Quamvis enim ex his ii, qui cum pupillo contrahunt, obligentur,
pupillus tamen ipse non obligatur, d. pr. in fin. Inst. de Auth. tut. l. 7. § 1. ff.
de rescind. vendit. l. 13. § penult. ff. de act. empt. Eli. Rob. D. 5. th. 2. ne na-
turaliter quidem, l. 59. ff. de oblig. & act. § l. 41. ff. de condict. indeb. nisi
certis casibus, ut si locupletior factus fuerit, l. 5. pr. & § 1. ff. de auth.
tut. l. 13. § 1. & l. 14. ff. de condict. indeb. quo casu etiam actio contra
ipsum competit, non quod pupillus hîc civiliter obligatus sit; ut
perperam existimant, Vult. lib. un. disc. c. 16. & Foman. D. 5. th. 20. lit. F. sed
ex constitutione D. Pii, nomine naturalis illius obligationis, arg. l.
10. ff. de oblig. & act. § l. 16. § 4. ff. de fidejuss. & mandat. Cl. Dn. Ungep.
Exerc. 10. q. 3. in fin. Adde Pac. cent. 4. q. 9. in fin. 2. Si non agatur de
pupilli damno, sed solùm de alterius præjudicio, putà creditoris,
§ 3. Inst. quib. mod. toll. oblig. fidejussoris, l. 127. ff. d. V. O. § l. 95. § 4. vers.
item pupillo ff. de solut. heredis, l. 25. § 1. ff. quando dies leg. l. 44. vers. item
pupillo ff. de solut. & legatariorum, ac fidei commissorum, d. l. 95. § 2.
ff. de solut. 3. Si pupillus dolo in contractu versatus fuerit, l. 1. § 15. ff.
depositi, vel cont. l. 13. § 1. ff. de dol. mal. tum enim malitia ætatem sup-
plet, l. 3. C. si minor se major dixi ideoq; pupillus & naturaliter & civili-
ter obligatur, Dn. Ungep. d. q. 3. Duar. ad tit. de Obl. & Act. c. 2. & de
condict. indeb. c. 6. Wesenb. ad § 9. n. 2. Inst. de inutil. stipul. Adde Riem. d. D.
3. q. 8. (e) In ejusmodi enim causis pupillus tutoris autoritate non
indiget; utpotè si ipsi purè donetur, vel ipse ab alio aliquid stipule-
tur, d. pr. Inst. de auth. tut. Excipitur hereditas & bonorum possessio,
quam

quam pupillus, quamvis lucrosa sit, nec ullum damnum habeat, absq; autoritate tutoris, adire vel petere nequit, § 1. *Inst. d. t. l. 9. § 3. & 4. ff. eod.* tùm, quia hîc quasi contrahitur cum legatariis & fidei commissariis, l. 3. *ff. quib. ex caus. in poss. eatur l. 8. ff. de acquir. hered.* tùm, quia etiam in lucrosa hereditate adhuc multa sunt metuenda: vexatio, negotiorum multitudo, offensæ, invidia, &c. l. 4. *ff. ad Scitum Trebell.* quibus infirma pupilli ætas sine tutoris autoritate implicari non debet, *arg. l. 6. ff. de min. Giph. add. §. 1. E. Rob. d. D. th. 5.*

VIII.

Finitur tutela pubertate, (a) capitis deminutione, (b) morte, (c) conditionis existentia, (d) diei adventu (e) excusatione, ac remotione. (f)

(a) Quæ olim præcipuè in masculis ex habitu & inspectione corporis æstimata fuit, *pr. Inst. quib. mod. tut. fin. Ulp. in fragm. tit. 11. § fin.* Verùm cum ea parum pudica videretur, Justinianus pubertatem in masculis 14. in foeminis 12. anno completo præcisè æstimari voluit, *d. pr. & l. fin. C. quand. tut. vel Curat. esse de fin. ubi Justin. & Tribonianum, contra Revardum. 4. Var. 10. Giph. adh. pr. Arum. d. Ex. 3. th. 16. defendamus, Don. 3. com. 14. Ant. Fab. adh. t. pr. 2. Adde Val. Max. lib. 2. c. 5. de Maj. n. 2.* Nostris moribus tutela hoc tempore non finitur, sed vel 18. vel 20. & eidem ferè manent tutores, qui & curatores fuerunt, ut notat *Rittersh. adh. pr.* (b) Ac pupilli quidem quavis capitis deminutione tutela perit, § 1. *Inst. h. t. & § 4. in fin. infr. eod. l. 14. ff. de tut.* Tutoris verò maxima & media tantùm: minima enim sola legitima agnatorum tutela perimitur, *d. §. 4. imò hodiè nec hæc amplius sublato quippe agnationis & cognationis discrimine, per Nov. 118. de transfuga hîc queritur, an tutor maneat? Neg. arg. § 4. Inst. d. t. quia civitatem amittit, & mediam capitis deminutionem patitur, l. 5. § 1. ff. de c. min. l. 14. § 4. & 7. ff. de cap. & postlim. revers. Nuell. D. 6. th. 6. nisi fortè ad explorandum hostium statum transfugerit, l. 15. ff. de tutel. & ibi Gloss. Cl. Dn. Ungep. d. Exerc. 4. q. 9.* Est autem capitis deminutio prioris status mutatio *pr. Inst. & l. 1. ff. de cap. deminut.* ubi nihil interesse putamus, siue legatur mutatio, siue permutatio siue etiam commutatio, *arg. § 3. & 5. Inst. d. t. contra Giph. adh. pr. & Ant. Fab. ad h. t. pr. 2.* Illud tamen rectè *Giph. an. nominis*

nominis potius, quàm rei hanc definitionem esse. Estq; capitis de-
 minutio triplex: maxima, media seu minor, & minima, *d. pr. Inst. & l.*
fin. ff. h. t. quæ trichotomia nonnunquam ad dichotomiam revocatur,
 & sub magna, maxima & media comprehenditur, *l. 1. §. 1. ff. de suis &*
legit. l. 5. ff. de extraord. cognit. Giph. ad d. pr. Maxima libertatem, &
 consequenter etiam civitatem, & familiam adimit, quod fit vendi-
 tione sui ipsius, & revocatione in servitutem liberti ingrati, *§. 1. Inst.*
& d. l. fin. ff. h. t. Media, salva libertate, civitatem & familiam adimit,
 quod contingit aquæ & ignis interdictione, in cujus locum hodiè suc-
 cessit deportatio, *§. 2. Inst. h. t. l. 2. §. 1. ff. de pen. l. 2. ff. de publ. Iudic. Qui-*
bus non obstat, l. 5. §. fin. ff. de extraord. cognit. Giph. & Wesenb. ad
d. §. 2. Vult. lib. unic. discept. c. 12. Dn. Ungep. d. Exerc. 4. q. 6. Adde Ant.
Fab. ad h. t. pr. 1. Ill. 3. Valent. Riem. d. D. 3. q. 6. Minima est, quæ salva
 libertate & civitate, solam familiam mutat; veluti in arrogatione,
 & emancipatione, *§. 3. Inst. d. t.* quam & hodiè adhuc post sublatam
 illam imaginariam venditionem, capitis deminutionem esse, verius
 est; quia revera jus agnationis, suittatis, cæteraq; familiæ paternæ ju-
 ra perimit, & tam patri, quàm agnatis, extraneum reddit, *§.*
3. Inst. de heredum qual. & differ. & §. 9. Inst. de hered. que ab intest.
deser. Giph. add. §. 3. Ant. Fab. ad h. t. pr. 1. Ill. 4. & 9. Trentl. vol. 1.
D. 12. th. 16. lit. C. (c) Tam tutoris, quàm pupilli, §. 3. Inst. h. t.
quib. mod. tut. fin. Tutela enim, ut & cura munus personale est, *l. ult.*
ff. de mun. & hon. ideoq; cum personis extinguitur, l. 16. §. 1. ff. de tutel. &
l. 196. ff. de R. l. Inchoata tamen à defuncto, heres ejus explicare debet,
l. 1. ff. de fidejuss. & nominat. & heredib. Foman. D. 6. th. 3. (d) Qui enim
sub conditione tutor datus est, existente ea, tutor esse desinit, §. 2. Inst.
d. t. & l. 14. §. fin. ff. de tutel. (e) Nam & ii, qui ad certum tempus tuto-
res dati sunt, finito eo, tutelam deponunt, §. 5. Inst. d. t. & d. l. 14. §. 3. ff.
de tutel. Foman. d. D. th. 28. & 29. (f) de quibus modis infra th. 12. & 12.

IX.

Tutelæ succedit cura: (a) quæ est potestas admini-
 strandi bona (b) ejus, qui ob ætatem, (c) vel mentis,
 (d) aut corporis vitium, (e) aliamvè ob causam (f) ipse
 præesse rebus suis nequit: (g) autoritate Magistratus
 constituta. (h)

(a) A curando dicta, *Don. d. lib. 3. c. 7.* vel generaliter accipitur,
 pro curatione rerum quarumvis, *l. 1. ff. ne quid in loc. sac. l. fin. C. de offic.*

H

Præfect.

Præf. urb. ubi Cujac. & Gotr. s. vel specialiter, pro administratione
rerum ejus, qui ipse iis superelle, nequit, ut hîc: quo sensu & curatio
dicitur, pr. Inst. de tut. & Curatela, quamvis barbarè, ut monet Giph.
ad pr. de Curat. (b) Nam Cura primariò bona respicit, secundariò ve-
rò & per consequens, & ad personas se extendit, præcipuè furiosos,
& mente captos, l. 7. ff. de Curat. furios. (c) ut minor, qui usq; ad 25.
annum completum Curatorem accipit, pr. Inst. de Curat. & l. 3. §. 3. ff.
de minor. si ve masculus sit, si ve fæmina, quia omnes adhuc ejus æta-
tis sunt, ut sua negocia tueri nequeant, d. pr. & l. 1. ff. de minor. Sed vo-
lens tamen accipit, non invitus, §. 2. Inst. d. t. & l. 13. §. fin. ff. de tutor. &
curat. dat. quem textum malè, Revard. 1. var. 17. & Arum. D. ad Pan-
dect. 6. th. 18. d. §. 2. ad jus antiquum legislatorix referunt, Giph. add.
§. 2. Dn. Ungep. D. Exer. 4. q. 10. Adde Hillig. ad Don. d. lib. 3. c. 18. lit. E. Ex-
cipiuntur casus certi, ut si minor litigaturus sit, d. §. 2. l. 1. C. qui pet. tut.
vel curat. Si debitor ipsi velit, vel cogatur solvere, l. 7. §. 2. ff. de minor.
Si is, qui tutor fuit rationes reddere velit, l. 7. C. qui pet. tut. vel cur.
Quod si verò minor volens Curatorem acceperit, administratio ne-
gociorum ipsi, quamvis benè rem gerenti, ante tempus legitimum,
committenda non est, l. 1. §. fin. ff. de min. Giph. ad d. §. 2. Ideoq; absq; sui
curatoris consensu, nec alienare quicquam, nec obligari potest, l. 3.
C. de in integr. restit. min. nisi fortè respectu personæ suæ, l. 101. ff. de V. O
putà, si sponsalia, aut nuptias per stipulationem contrahat, arg. l. 35.
§. 1. ff. d. t. & l. 2. ff. de Sponsal. El. Rober. D. 5. th. 4. Dn. Ungep. Exer. 10.
q. 4. Adde Gædd. ad l. 21. ff. de V. S. & de contrah. stipul. c. 7. concl. 4. Ni-
ell. d. D. 6. th. 7. & D. Feud. 2. th. 4. lit. D. (d) ut furiosus, §. 3. Inst. h. t. &
tot. r. ff. & C. de Curat. furios. item mente captus, d. §. 3. & prodigus, d. §.
3. qui nec temp⁹, nec finem expensarum habens, furiosum facit, quo-
ad bona sua, exitum, l. 12. §. fin. ff. de tut. & cur. dat. & l. 1. ff. de curat. fu-
rios. Et hic nec naturaliter quidem obligatur, quia furioso æquipara-
tur, l. 40. ff. de R. I. nec pro eo contrahente fidejussor intervenire po-
test, l. 6. ff. de V. O. Gædd. d. c. 7. concl. 10. n. 126. & seqq. Hen. d. D. 3. th. 12. ne
quidem si juramentum contractus accesserit corroborat⁹ fuerit, arg.
l. 5. C. de legib. & arg. cap. etsi Christus 26. extr. de jurejur. Fachin. 2. cont. 64
El. Rober. d. D. th. 7. Paul. Berens. D. 2. th. 3. q. 8. Hen. d. D. th. 13. Quod
verum est, si administratio bonorum à Magistratu interdicta sit, l. 10.
l. 16. §. 1. ff. de Curat. furios. l. 9. §. 7. ff. de reb. cred. & arg. d. l. 12. §. fin. ff. de Cu-
rat. dat.

rat. dat. & cap. veritatis, 8. ext. de dolo Borch. Wes. Mynsing. add. §. 3. Inst. b. t. Gedd. d. c. 7. concl. 10. n. 141. Philip. Matth. ad. d. l. 40. ff. de R. I. n. 21. Eli. Rober. d. D. th. 6. Paul. Berens. d. th. 3. q. 7. & Hen. d. D. th. 14. Nam ante interdictionem hanc, ut testari, §. 2. *Inst. quib. non est permiss. fac. test.* ita & contrahere eum posse verius est, ne decipiantur hi, qui cum ipso contraxerunt, *Philip. Matth. add. l. 40. Hen. d. D. th. 15.* (e) ut mutus, surdus, & qui perpetuo morbo laborat, §. 4. *Inst. d. t.* qui tamen inviti Curatorem recipere non coguntur, ut rectè *Don. d. lib. 3. c. 18. Dn. Ungew. d. Exer. 4. q. 10. in Ajo.* (f) Sic pupilli interdum Curatores accipiunt, propter inhabilitatem tutorum, & excusationem temporaria, §. 5. *Inst. d. t. ubi Vult.* Quod si tutor aliàs idoneus, adversa valetudine, vel alia necessitate impediatur, & pupillus vel absit, vel dari nequeat, actor sive adiutor tutelæ, ut in *l. 13. §. 1. ff. de tutel. vocatur, constituitur, vel à Magistratu, periculo tutoris, §. fin. Inst. d. t. vel ab ipso tutore, permissu Magistratus, l. 11. C. de procurat. & Lun. C. de act. a tut. vel. cur. dand.* Adde *Giph. & Vult. ad d. §. fin.* (g) *Giph. ad rubr. Inst. d. t.* Adde *Vult. ibid. n. 2. & 6. & Hill. ad Don. d. lib. 3. c. 17. lit. B.* (h) Eiusdem videlicet, qui jus dandi tutores habet, §. 1. *d. t. de Curat.* Unica igitur hodiè cura est, dativa videlicet, sive honoraria. Nam testam. Curator, non datur *d. §. 1. & l. 1. in fin. ff. de confirmat. tut.* quemadmodum nec lege ampliù, §. 3. *Inst. d. t. & l. 1. pr. ff. de Curat. fur.* quamvis Magistratus in datione Curatorum, testamento nominatos, & cognatos, si idonei sint, reliquis præferre soleat, *l. 13. ff. d. t. de Cur. fur. l. ult. §. 6. C. eod. & l. 27. C. de Episc. aud. Giph. & Vult. ad d. pr. Inst. de Curat.*

X.

Tàm tutelæ, quàm curæ communia sunt: Satisfactio, excusatio, & suspecti postulatio. Antequam igitur tutelam vel curam suscipiant, (a) satisfacere (b) tenentur tutores & Curatores, (c) exceptis testamentariis, & ex inquisitione datis. (d) Effectus est actio ex stipulatu, & subsidiaria, in factum. (e)

(a) Non prius enim tutores vel curatores ad administrationem rerum pupillarium admittuntur, quàm satisfacere, *101. t. Inst. de satisf. dat. tut. vel cur.* juramentum præstent, se rectè & ex fide omnia gesturos, *l. ult. §. 5. C. de Curat. fur. l. 27. C. de Episc. aud. Nov. 72. c. 2. & ult.*

H 2

qui

quid tamen textus de curatoribus, & quidem certis tantum in casibus loquuntur, ut monet, *Niell. D. 5. th. fin.* & inventarium conficiant, *l. 7. ff. de admin. & peric. tut. l. 24. C. eod. l. fin. §. 1. C. arbit. tut.* Sumptibus pupilli. *Myns. cent. 6. observ. 39.* Q. An Curator ad litem quoq; inventarium conficere teneatur? *Neg. arg. l. 3. C. de in lit. tut. dand. & l. 86. ff. de solut. Geil. 2. observ. 108. n. 11. Treut. d. D. 8. th. 5. lit. E.* (b) Id est de securitate & indemnitate pupilli cavere, *pr. & §. 1. Inst. de Satisfat. tut. l. 1. l. 4. §. 1. ff. rem. pup. salv. for. l. 1. & tot. t. C. de Tutor & Curat. qui non satisfat. datis fidejussoribus, arg. l. 1. ff. qui satisfat. cog.* Nam quoties satisfactio exigitur fidejussores requiri verius est, etiam jure novissimo. *Nov. 53. c. 2. c. 3. §. 2. Nov. 112. c. 2. Treut. vol. 1. D. 5. th. 2. lit. A. Gædd. ad l. 61. ff. de V. S. & de contr. stipul. c. 5. conclus. 21. Illico Umm. D. ad processum 9. th. 1. n. 3.* Ideoq; pignoribus, vel pecuniæ depositione expediendi hæc cautio non potest, *l. 7. ff. de pretor. stipul. l. 4. §. 4. & 7. ff. d. t. rem. pup. salv. for.* præsertim cum ipso jure bona tutoris pupillo tacite obligata sint, *l. ult. C. de admin. l. ult. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contr. Giph. ad d. pr. Inst. de Satisfat. tut. vel curat. Don. d. lib. 3. c. 11. & ibi Hillig. lit. A. Arum. d. Ex. 3. th. 18. Foman. D. 7. th. 10. lit. B. Andr. Gerbar. d. Dec. 3. q. 8. Dn. Ungep. d. Exerc. 4. q. 12.* Quid si propter inopiam fidejussores invenire nequeat, an sub juratoria cautione admittendus? *Neg. arg. l. 2. C. de tut. & cur. qui satisfat. non ded. Schneid. ad d. pr. Inst. de Satisfat. tut. n. 4. Geil. 2. observ. 47. n. 7. Fom. d. D. 10. Treut. d. D. 8. th. 5. lit. B.* (c) *d. pr. & tot. tit. Inst. de Satisfat. tut. vel curat.* adeo ut nisi hoc fecerint, captis pignoribus coerceri, *§. 3. Inst. d. t. ve* etiam plane removeri possint, *d. l. 2. C. de tut. vel curat. qui satisfat. non ded.* (d) Nam illorum fides ab ipso testatore probata, *d. pr. & l. 17. ff. de testam. tut. cujus testimonium pro satisfactio est, l. 27. C. de Episc. aud. horum verò per inquisitionem explorata censetur, d. pr. in fin. & l. 19. §. 1. ff. de testam. tut.* Interdum tamen & hi ad satisfandum compelluntur; ut si forte mores postea mutati, vel ipsi facultatibus lapsi fuerint, *l. 8. cum duab. seqq. ff. de confir. tut.* aut si se satisfactio obtulerint, *§. 1.* Hodiè verò omnes indistinctè satisfactio jubentur, *in Polit. ordinat. de anno 48. & repetita Ann. 77.* (e) Quarum illa adversus tutores & fidejussores petit, si res pupillo salva non sit, nec detur, quod fieri aut dari oportet, *l. 11. ff. rem. pup. salv. for.* Hæc adversus magistratus, qui vel plane satisfactio non exegerunt, vel non idoneam exegerunt, *§. 2. Inst.*

§.2. *Inst. d. t. l. 2. & seqq. C. de magistr. conven.* Sed minores tantum, ut sunt
Duumviri, & defensores civitatum: nam majores hac actione non
tenentur, §. *fin. Inst. d. t. & l. 2. §. 1. ff. de Magistr. conven.*

XI.

Excusare (a) se possunt omnes tutores; (b) si justa
sit causa, (c) qualis est numerus liberorum, (d) pote-
stas, (e) absentia Reipubl. causa, (f) tria onera tutelæ,
(g) paupertas, (h) adversa valetudo, (i) litterarum im-
pericia, (k) ætas 70. annorum, (l) professio artium li-
beralium, (m) & si qua sunt similes. (n)

(a) Excusatio, est allegare immunitates à tutelæ, vel curæ
onere, *Vult. ad pr. Inst. de Excus. tutel. n. 4. Wesenbec. in parat. ff. eod.
num. 7.* ubi & dividit eam in propriam, & impropriam, item, veram
frivolam & falsam, sed non minus rectè. (b) cujuscunq; gene-
ris sunt, *arg. §. 16. Inst. d. t.* Tutores autem intelligimus non testamen-
tarios tantum, & dativos, sed etiam legitimos, *l. 2. §. 5. ff. h. t. l. 1. C. de le-
git. tut. l. 9. C. quidam. tut. vel. curat. Vult. ad pr. num. 6. Elias Rober. d.
D. 5. th. 9. Arum. d. Exer. 3. th. 22. Hen. d. D. 3. th. 20. Dn. Erasmi.
Ungep. d. Exer. 4. q. 13.* (c) *arg. l. 1. ff. de vacat. & excusat. mun.* Nam in-
justæ vel falsæ causæ allegatio, à tutela non liberat, §. *fin. Inst. d. t. &
ibi Theoph.* Proponendæ autem causæ excusationis sunt intra dies
50 continuos, si tutor in urbe sit, vel intra 100 lapidem, §. *16. Inst. d.
t. l. 13. §. 1. & l. 38. ff. eod.* à tempore cognitionis numerandos, *d. §. 16. d. l.
13. §. 1. & l. 6. C. eod.* peragendo verò negotio quatuor menses continui
constituti sunt, *d. l. 38. h. t.* & proponendæ quidem sunt, vel per sim-
plicem allegationem & contestationem, vel per appellationem.
nam & hodiè adhuc tutores, si velint, appellare statim posse, verius
videtur, *per l. 4. pr. l. 13. pr. l. 16. ff. h. t. l. 18. C. eod. l. 39. ff. de admin. & per. tut.
cum necessitas tantum* (quæ olim etiam in tutela, perinde ut aliis
muneribus publicis obtinuit, *l. 4. l. 11. C. de appell. Cujac. 9. observ. 39.*)
à D. Marco remissa sit, *l. 1. §. 1. ff. quand. appell. d. §. 16. Inst. h. t.* ubi *Giph.
El. Rob. d. D. 5. cor. 2. Dn. Ungep. d. Exer. 4. q. 15* (d) Trium Romæ, qua-
tuor in Italia, quinq; in Provinciis, *d. pr. & l. 1. C. qui num. lib. se excus.
exemplo cæterorum munerum personalium, d. pr. & l. 2. §. 1. ff. de va-
cat. & excusat. mun.* modò liberi justis sint, & superstites, *d. pr. & l. 2.*

§ 3. & 4. ff. h. t. vel in bello, id est, acie & conflictu perierint, d. pr. & l. 18. ff. d. t. Ant. Fab. ad d. t. Inst. pr. 1. ll. 2. (e) Ut sunt magistratus, qui potestatem habent, § 3. Inst. d. t. & honorem gerunt, l. 17. § 5. ff. eod. Praefectus annonæ & vigilum, l. 47. § 1. non tamen ædiles, d. l. 17. § 4. ff. h. t. Don. d. lib. 3. c. 9. Q. An Magistratus municipalis excusetur? Affir. per. l. 6. § 16. & arg. l. 23. ff. h. t. à contrario sensu Borch. ad d. § 4. Inst. h. t. Ant. Fab. d. pr. 1. ll. 3. p. 1119. Fom. D. 7. th. 14. lit. F. Huc pertinet & Procurator fisci, exactores tributorum, & similes, l. 41. ff. l. 10. & l. fin. C. h. t. (f) Quæ non ipsos tantum, sed & comites, qui sunt intra statutum numerum, à tutela delata, excusat, d. l. 47. § 2. ff. h. t. reversis verò vacationem per anni spatium tribuit, si ad novas tutelae vocati fuerint, § 2. Inst. h. t. & l. 10. ff. eod. & l. fin. C. si tut. vel curat. Idq; in iis etiam, qui municipiorum causa absunt, verum esse videtur, l. 1. C. d. t. Situt. vel Cur. l. 1. C. ex quib. caus. major. Wesenb. ad d. § 2. n. 1. Foman. d. D. 7. th. 14. lit. B. (g) vel etiam curæ, non affectatæ, § 5. Inst. d. t. l. 2. § 9. ff. h. tit. & l. un. C. quinum. tut. Imò nonnunquam & unius, si videlicet ita diffusa & negociosa sit, ut pro pluribus sufficiat, l. 37. §. fin. ff. eod. (h) Quæ oneri inuncto tutorem impari reddit, § 6. Inst. d. t. l. 7. & l. 40. § 1. ff. eod. Quis autem pauper dicatur, iudicis arbitrio relinquitur, Schneid. ad d. § 6. n. 2. (i) propterquam ne suis quidem rebus superesse potest, § 7. Inst. h. t. l. 10. in fin. ff. eod. & l. un. C. qui morb. se excus. Ea q; excusationem, vel ad tempus tribuit, vel in perpetuum, pro ipsa vel temporalis, vel perpetua fuerit, l. 12. pr. ff. h. t. (k) Cum simplicitate & rerum imperitia conjuncta, § 8. Inst. h. t. nam sola litterarum inscientia non excusat, l. 6. § fin. ff. eod. Vult. lib. un. disc. c. 8. Pac. cent. 5. q. 82. Hen. D. 3. th. 18. Litterarum autem imperiti dicuntur, qui neq; legere, neq; scribere norunt, arg. l. 3. §. 2. ff. de accusat. Giphon. ad d. § 10. Duar. lib. 1. Disput. c. 3. (l) § 13. Inst. h. t. l. un. C. qui etat. se excus. & quidem annum 70. completum esse oportet, l. 3. ff. de jure immun. l. 2. ff. d. t. de Excusat. l. 74. § ult. ff. ad Scium Trebell. quamvis in honoribus favoris causa annus captus pro completo habeatur, l. 8. ff. de mun. & honor. (m) Grammaticæ videlicet, Rhetoricæ, & Medicinæ: si in Græcia, vel Romæ, quæ communis omnium patria est, l. 6. § 11. ff. h. t. eas doceant, quæ intra præscriptum numerum sunt, § 15. Inst. h. t. d. l. 6. § 1. 3. & 4. ff. h. t. aut alias excellenter docti sint, d. l. 6. § 10. Jcti tamen non

non aliter excusantur, quàm si vel Romæ doceant, l. 6. § 12. vel in
consilium Principum allecti sint, l. 30. pr. ff. d. t. Tr. vol. 2. D. 9. th. lit.
G. (n) ut inimicitia inter tutorem, & patrem pupilli fuere, § 9. & 11.
Inst. d. t. Controversia status tutori vel curatori à pupilli patre, aut
pupillo à tutore vel curatore mota, § 12. Inst. d. t. & d. l. 6. § fin. ff. eod.
Bona in diversis locis & Provinciis sita, l. 27. § 2. & l. 10. § 4. ff. d. t. & si
quæ fortè aliæ occurrunt. Inst. ff. & C. de Excusat.

XII.

Accusationem suspecti (a) intentare possunt om-
nes, qui volunt, (b) adversus tutores quosvis, (c) co-
ram Magistratu competente. (d) Effectus ejus est in-
terdictio administrationis lite pendente, (e) & ipsa re-
motio, (f) cum infamia ob dolum, (g) non etiam ob
culpam. (h)

(a) Ex ipsa l. 12. Tab. descendit, pr. Inst. de suspect. tut. & l. 2.
§ 2. ff. eod. tam civiliter, quàm criminaliter moveri potest, arg. § 9.
10. 11. Inst. d. t. Schneid. add. pr. num. 4. (b) Est enim quasi publica, &
omnibus patet, § 3. Inst. d. t. & d. l. 1. § 7. ff. eod. adeò, ut etiam muli-
eres admittantur, sed ex tantum, quæ pietate inductæ, aut injuriâ
pupillorum motæ, ad accusandum procedunt, d. § 3. & d. l. 1. § 7.
& minores consilio necessariorum, § 4. Inst. d. t. & l. 7. ff. eod. non ta-
men impuberes, d. § 4. Dicitur autem quasi publica; quia neq; ad
verè publica judicia, neq; ad populares actiones pertinet, arg. l. 1.
ff. de publ. judic. & l. 7. ff. de popul. act. Niell. D. 7. th. 8. Quod si nemo
accuset, Prætor ex officio suspectum tutorem remove debet, l. 3. §
4. & § 12 ff. h. t. (c) Qui negligenter, aut non ex fide tutelam gerunt,
§ 5. Inst. d. t. & d. l. 3. § 5. ff. & l. 5. C. eod. Idq; cujuscunq; generis fue-
rint, sive testamentarii, sive dativi, sive legitimi § 2. Inst. h. t. quam-
vis legitimorum famæ & honori ferè parci soleat, d. §. 2. d. l. 7. §.
5. ff. h. t. quomodo autem id fiat, docet Vult. ad h. t. num. 6. Trent.
d. D. 9. th. 4. lit. B. (d) Qualis Romæ extat Prætor, in Provinciis Præ-
sides earum, item, Procons. & legati Procons. § 1. Inst. h. t. d. l. 7. §.
3. & 4. ff. h. t. & l. 4. ff. de offic. ejus cui mand. Non ex speciali legis con-
cessione;

cessione ; sed jure Magistratus , & vi Jurisdictionis ordinariæ : quia mandari potest hæc potestas , & vi mandata Jurisdictionis in mandatarium transfertur , *d. l. 1. § 4. juncta l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. Ant. Fab. ad h. t. pr. 4. Dn. Ungep. d. Exer. 4. q. 16. (e) § 7. Inst. h. t. ipso jure , ut judicis interdictione opus non sit , l. 14. § 1. in fin. ff. de solut. nisi de facto administrare pergat : tunc enim Judex ipsi interdicit , alio interim in ejus locum ordinato , l. 7. C. h. t. Id quod singulare est in hoc judicio , cum aliàs lite pendente invocari debeat , *Giph. ad. d. §. 7. (f)* Etiam si tutor vel curator solvendo sit , *d. §. 5. aut satisdederit , vel satisfacere paratus sit , §. fin. Inst. d. t. & l. 6. ff. eod. (g) § 6. Inst. d. t. non aliter tamen , quàm si in sententia expressum fuerit , eum ob dolum remotum esse : nam si nihil expressum sit , salva existimatione abibit tutela , l. 3. in fin. & l. 4. ff. h. t. Adde *Accurs. ad d. § 6. Inst. h. t. (h) d. §. 6. Inst. h. t.* Ubi culpæ appellatione non levem tantum , sed & latam accipimus : quia textus generaliter loquitur , & in dubio benignior semper hæc interpretatio præferenda est , l. 65. ff. de R. I. & odia restringenda potius , quàm amplianda , *c. odia , de R. I. in 6.* Quamvis enim lata culpa , aliàs dolo æquiparari soleat , l. 1. § 1. ff. si mens. fals. mod. dixit. Et passim : tamen in capita liberos non procedit , l. 7. ff. ad l. Cornel. de Sicar. nec famosis , quæ capitalibus æquiparantur , *arg. l. 8. § 2. ff. quod me. caus. Schneid. ad d. §. 6. n. 2. Wesenb. in parat. ff. de his , qui not. infam. num. 4. Bronck. cent 3. ass. 19. Dn. Ungep. d. Exer. 4. q. fin. Arum. d. Exer. 3. th. fin.***

F I N I S.


99 A 6938


ULB Halle 3
002 822 58X



Handwritten text and faint bleed-through from the reverse side of the page, including the word 'CONNECTION' and some illegible characters.







B.I.G.

Farbkarte #13

ERTIA.

NEAS ONES.

itate

idicæ in ceber-
ina.

LUDWELL
O.

*Dominis collegis
buit.*

D. STAMLERUS
NDELICUS.

embri

XXVI.



RICORUM,
afaris Scherffij,
ographi.

3

